Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

duas posteriores bestias. macédonum & romanorũ
in uno macédonum regno ponit & diuidit. partu
uolens intéllegi ipsum alexandrum. bestiã aut
dissimilem ceteris bestiis quatuor alexandri suc
cessores. & déinde usq; ad antiochum cognomento
epiphanén duces reges enumerat qui fuerunt se
uissimi. ipsosq; reges non unus ponit regni. uerbi
gratia. macedónię. sýrię. ásie. & egypti. sed de diuersis
regnis unum éfficit regum ordinem. ut uidelicet ea
que scripta sunt. os loquens ingentia. non de antixpo.
sed de antiocho dicta credantur: Et habebat cornua
decem. Considerabam cornua. & ecce cornu aliud
paruulum ortum est de medio eorum. & tria de
cornib̃ primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi
quasi oculi hominis erant in cornu isto. & os loqns
ingentia. Frustra porphirius cornu paruulum
quod post decem cornua ortum est epiphanén
antiochum suspicatur. & de decem cornibus tria
euulsa cornua. sextum ptholoméum cognomento
filometórem. & septimum ptholoméum euergeten.
ΕΥΗΡΓΕΤΗΝ.
& artaxiam regem arménię. quorum priores multo
ante quã antiochus nasceretur mortui sunt. Contra